

hæc tamen amat, et in luce meridiana excutire videri, cum  
sua interesse sentiat, ne vel hæc diem faciat. Quarto capite  
quid postulatur vides, addendum et his tamen, ut quam  
operte fieri possit, excutienta Palli quæstio tradatur, nostri  
scrupulum, et quam in illa gente, non unius Vulturis hæc  
esset cadaver, nisi causam per te validam armis tuemur.  
Expectabimus vir nobilissime, quam mox tantillum  
granioribus curis subidere volueris, qui quasi ludibundus  
hæc tractare vales, et securi feriari interspinas, unde  
nec te magnas ingenia sine sudore expediant. Vale et me  
amæ excelli nominis et virtutis tuæ cultorem adiecti  
simum. Haga Comitibus 26. Jan: 1637.

C. H.

Rogaris item, quod omiseram ut  
vernaculo sermones nostro potius,  
quam Latino aut Gallico respondeas  
atque ut hæc scripta denique simul  
cum consilio remittantur.

Heinsio.

(252)  
Obsecro te Nobilissime Domine tres hæc epistolæ, quarum  
unam olim videris, serio tandem inspicere velis, et  
quid sacrificulo Quendelino, viro cæteroguin doctissimo  
meique, ut vides amantissimo, semel reponi possit,  
disertis verbis iudicares: ad hoc præcipue et unico, quod  
de Chronico Samaritano toties jam urget. de libri  
editione, facile iudico spem vanam esse. sed an videnti  
saltem copia homini sincero et candido promitti possit,  
tu dices, et hæc postremam eo nomine molestiam  
a me feres. scribo ista, mi amice, animo gravi  
maiores sollicito, in diutino et anticipati Pharisima  
Uxoræ meæ morbo, qui 18<sup>o</sup> die a facili et felici puer  
perio exorsus, in Aphas denique erupit, et symptomatis  
quæ hæc comitari solent miseris illam exagitat.  
quid mihi nunc sit, nemo te melius æstimabit, cui  
illud vulneris inflavit custos hominum, quod a meo  
capite, nescio, nescio, mi Heinsi, an auersus sit.  
Miserere ut facis.

18. Aprilis 1637.

Tui

C. H.

Petro Magero  
Predicant in Brielsche  
Nieuwland, ontrent  
de Nieuwstræt in  
den Briel.

(253)  
Quando me vis facere vir doctissime, quod a te mihi  
expectandum sit, et expectandum; aio, fieri vix posse  
quia ab ipsa Invidia omne punctum feras. cum id  
quod in omni scriptione non dubie attigeris, sepe  
proximam est, non dubie attigeris, ut ille dulcissimus

Hæc

Hæc de pientissimâ paraphrasi tuâ, mea quidem sententia est, quam ut in uere uideris, epigrammatico inclusisse poteram, nisi me transversum ageret, quam uides innotuisse tibi calamitatis domesticæ atræ nubes, ut de occupationibus aulicis nihil dicam, pistrino meo, sine manus Ixionia rota, per quam ad Musarum amaritates rarissimæ respiciendi facultas datur. Vale itaque, et si me amare statuis, saltem nunc excusatum habes. scribita nec minus uerè protexentem. Haga Com. 12. Cal. Maij.  
C1D17C XXXVII.

J. Beverovicio.

Johanni Beverovicio.

C. C.  
Constantinus Huygenius.

(254).

Omnes mihi a Puteano munusculum, gradis domi locus est quin, ubi in id genus argumenta diuotere illi placet, quæ minus ad palatum mihi sint, argumenta tamen amoris et benevolentia ad ingentis uiri animo ubique amplector. Est super illa, libellus, quem quasi ex fideicommissio superstitis nuper ad me permisisti. gratus ille et laudabilis utique, cum nobili floridoque sermone, quem illi suadere nativum admiramus, tum subtili et multa eruditionis instituto, sed argumento, ut dicebam, non placenti, ut in quod si mei arbitris sint, summos se philosophos et scriptores sacenti politissimos impendere, non agere patiar, Puteanum inquam et Wendelinum: viros, quorum ut elogis par non sum, neque agendis quidem gratis, quas nunc priori novas debeo (alteri vetusto nomine et ad ruborem debendi reus) ita tuam huc, mi Beverovicio opem serio et erga utrumque inuoco. Rescribe Puteano sodes, quod æquum sit ab illo legi, item Wendelino aliquid, quo mitigatus impudentissimo silentio meo, leniuscule succenseat. Vides hoc in meâ manu non esse; quæ publicè privatimque districtissima, hanc etiam vix congrua ducit: Vita Latine satis te valere iubet, et me amare, qui te et utiles solertissimosque ingenii tui foetus, maximè facio. adeoque quâ in arenas te nunc exerceas, quid publico sperandum panges, anidè scire cupio. Ad Bredam XXIII. Septemb.  
C1D17C XXXVII.

A. insio.

Viri Nobilissime

(255).

Misisti ad me sciaroutes aliquantò plures, quam fortassis credas. Auxit numerum Tabellarius, qui nescio an utroque pede claudus, grane, nobile et illustre denique stumm Carmen totâ pene septimanâ serius tradidit, quam Hagâ huc  
sub